



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis  
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et  
Justitiæ, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in  
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus  
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum  
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque  
omnibus in utroque Foro ...

De Fideicommissis, Primogenitvris, Et Majoratibvs

**Luca, Giovanni Battista de**

**Coloniae Agrippinae, 1690**

Disc. VIII. Romana Commendæ. De eadem materia primogenituræ certam  
qualitatem exigentis, si proximore de linea admissa, seu prius vocata, de  
tempore facti casus non habeat qualitatem, seu capacitatem ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74060](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74060)

administrationem annexam non habentibus ordinatur, Et tunc dicendum est idem, quod de jure, cum impedimentum suspensionis proveniat à dicta ratione publicæ administrationis, quodque agatur de quodam jure personali ad instar beneficiorum, juxta ea, quæ habentur in Romana Commenda dissequen. Et sic dicebam veram esse dictam differentiam inter primogenituras simplices, ac primogenituras qualificatas, sed fallacia manifesta erat in applicatione super circumstantia qualificata, quæ dicitur illa, cui conveniat dicta ratio celeritatis, & quod ratione subjectæ materiae non patiatur dilationem.

Observabam quoque Molinam dictæ traditionis auctorem, nimium se fundare in auctoritate *Castrensis consil.* 16. lib. 2. qui loquitur de casu, quo aperta successione primogenitura, vel fideicommissi ob unam lineam deficiant, plures lineæ concurrent, quarum una habeat personas capaces de præsentis, alia vero illas non habeant, sed sperent, cum tunc attendendum videatur tempus successio-nis, atque persona capax actu existens admittatur, quamvis de linea remotori, seu minus dilecta, quasi quod tunc agatur solum de jure quarendo, ideoque non resulset præjudicium vel injuria positiua, qualis est propriæ casus, de quo in dicta Bonon. de Barberis coram Corrado decisi. 95, par. 11. rec. alias decisi. 17, post Censal. ad Peregr. & de qua causa habetur infra disc. 26. secus autem, ut in præsenti bona jam ingressa sunt in unam lineam, ita datus veniat transitus illorum de una linea ad alteram cum formalí privatione linea admitti juris jam quæsiti; Tunc enim necessaria est omnimoda evacuatio, quæ nunquam sequi dicitur, donec durat spes vel potentia, ut ita distinguo adver-titur etiam infra in dicta Ferrarien. disc. 9. Et ulterius dicta auctoritas *Castr.* neque est omnino tutam in eodem casu contrarium consuluit *Romanus consil.* 134. quod videtur magis receptum, ut in dicta Ferrarien. disc. 9.

Demum altera modificatio, seu declaratio contenta in tertia decisione *coram Bourlemon*, ut scilicet suspensio ob spem vel potentiam existentia personarum de linea prædilecta, procedat ubi vacatio contingere per mortem naturalem, sive civilem non culposam ratione incompatibilitatis, secus autem ubi ratione penalitatis caducitatis ob contraventionem, nullam pro meo iudicio habere videtur probabile fundamentum, tam generaliter, & in abstracto, quam specialiter, & in concreto. Generaliter siquidem, quoniam ubi fideicommissum vel primogenitura jam in aliquam lineam ingressa est, unde quæsitus est jus omnibus sub ea linea ca-dentibus, quemadmodum fideicommissi, vel primogenitura professor pro tempore non potest alienare bona, aliosque actus præjudiciale facere in præjudicium successorum independenter, & ex propria persona venientium, ita id facere non potest indirecte contraveniendo alicui præcepto, cum solum opinio, de qua apud *Paris. consil.* 19. lib. 1. *Peregr. art. 11. numer. 121. Fusar. quest. 447.* apud quoscæteri, percutiat casum in quo contraventio sappiat speciem peccati Adam primi parentis influentis in omnem posteritatem, quia scilicet pri-mus vocatus, qui futuram lineam constituturus est, negligat adimplere conditiones à testatore præscriptas, atque ita se inhabilitet ad acquisitionem, quæ alteri lineæ aperiatur, præjudicando nedium sibi, sed ejus posteritati, ab ipso successivè venienti, quod næque est extra controversiam ex-

dunctis per Molin. de primogen. lib. 2. cap. 14. n. 25. cum sequent. *Theſaur. decisi. 270. num. 13.*

Et sic extra nostrum casum, in quo controv-  
tor non erat primus successor, Aculterius rem  
etiam opinione *Parisii & sequacum*, illa præsumt  
ubi contraventio est culpoſa sapiens delictum  
ſitivum, & continens speciem ingratitudinis  
definitum benefactorem, illius præceptum in-  
nendo, quod in præsenti neque dici poterat, ut  
desertio cognominis Lupari facta non effingi-  
tum, ac injuriam testatoris, neque per fili-  
lem voluntariam deditiōnem alteri familie,  
ex justo motivo agnoscendi alteram superve-  
pinguiorem primogenituras, quæ reputari  
justa causa licet contraveniendi, retineat  
prima hæreditate seu primogenitura, unde  
presa iste actus remanet mere consequentia, ut  
ut pote voluntarius aliam pecuniam ad summi-  
fere non potest nisi illam ipsimet, ne inces-  
ministratiōnem tanquam pater sperati fuisse  
ut supra prætendere posset; Et haec mihi vita  
tur genuina veritas.

## ROMANA.

### COMMENDÆ

PRO

ANDREA DE SIXTIS

CVI

ANTONIO PETRO ETIA  
DE SIXTIS.

*Casus decisus per Rotam pro  
Antonio Petro.*

De eadem materia primogenitura certa  
qualitatem exigentis, si proximiō de-  
nea admissa, seu prius vocata de tempo  
facti casus non habeat qualitatem, in  
capacitatem necessariam, An ita exp-  
etari debeat, ac successio stare in fulge-  
so, vel potius fiat locus successioni ab  
rius proxime venientis, sive subdi-  
vocati.

S V M M A R I V M.

- 1 *Quare ista Commenda cadat sub materia fidei-commissaria.*
- 2 *De capellaneis & beneficiis quæ jure beneficiorum sunt regulanda.*
- 3 *Facti series.*
- 4 *Decisiones cause.*
- 5 *In beneficiis & commendis Ecclesiasticis non datur  
spensio, sed attenditur tempus vaccinationis vel præ-  
sentationis, & num. 15.*
- 6 *De primogenitura qualificata non admittente fidei-  
cionem.*
- 7 *Idem in feudiis.*

## DISCURSUS VIII.

19

- 8 Quid de legato factio clericis pro tempore, vel illi qui  
est laicus.  
 9 Commenda regulantur eodem jure beneficiorum.  
 10 De etate necessaria in beneficis & commendis.  
 11 Commenda regulares seu militares non obtinentur,  
nisi per professos vel habiles ad proficendum.  
 12 Obtinens dispensationem fateatur impedimentum.  
 13 De commenda militiae Sancti Stephani.  
 14 Placent resolutions.  
 15 Declaratur conclusio de qua num. 5.  
 16 Etiam in beneficis & commendis sufficit etas septem  
annorum ex voluntate fundatoris.  
 17 Quando etas non requiratur, sed etiam insans sit ca-  
pax.  
 18 Coniunctus qui de jure sit legitimus tutor pupilli, non  
potest eum supplantare.

## DISC. VIII.

**Q**UAMVIS PRÆSENS CONTROVERSSIA, BENIFI-  
CIALEM POTIUS QUAM FIDEICOMMIS-  
SIUM MATERIAM PRIMO ASPECTU CON-  
CERNERE VIDEATUR, DUM AGITUR DE COM-  
MENDA MILITIAE ECCLESIASTICA PER SEDĒ

Apostolicam probatæ, JURE BENEFICIORUM REGULARI-  
TER DECIDENDA, JUXTA PRÆCISUM CASUM CONSIMILIS CON-  
TROVERSSIA INTER PROXIMOREM DE LINEA RATIONE ETATIS  
INCAPACEM, AC REMOTOREM DE ALIA LINEA, HABILEM  
& CAPACEM, DISPUTATUM IN PISANA COMMENDA DE GRIS-  
FONIBUS ORDINIS MILITARIS S. STEPHANI, DE QUA SUBTI-  
LE DE JURE ASTRONATUS; ATTAMEN VERE PERCUTIT MA-  
TERIAM FIDEICOMMISARIAM, CUM AGATUR DE COM-  
MENDA IN FORMA PRIMOGENITURÆ, CUM PRIVATIS AC  
MERÉ SECULARIBUS BONIS CUM SOLA PRIVATE AUCTORITA-  
TE, SEU DISPOSITIONE ERECTA, SUB TITULO & NUNCUPA-  
TIONE COMMENDA MILITARIS EX QUADAM RATIONE HO-  
NORIFICENTIA, CUM REGULIS PROPHANIS FIDEICOMMIS-  
ARIIS, SEU LEGATORUM METIENDA, JUXTA EA QUAZ IN EA-  
DEM BENEFICIALI MATERIA HABERMUS DE CAPPELLANIIS  
& BENEFICIIS, QUAZ EX SOLA PIÈ DISPONIMENTUM VOLUN-  
TATE FUNDANTUR, QUAMVIS SUB TITULO ALICUIUS ECCLESIA-  
VEL CAPPELLÆ, & CUM ONERIBUS MISSARIUM, IMÒ ETIAM  
CUM QUALITATE SACERDOTALI, QUONIAM NISI CUM AU-  
TORITATE ORDINARIÆ VEL ALTERITIS ECCLESIASTICI SUPERIO-  
RIS AD ID AUCTORITATEM HABENTIS FORMALIS ERECTIO  
FIAT, CENSENTUR JURE PIORUM LEGATORUM, CUM GEN-  
ERALIBUS TERMINIS AC REGULIS PROPHANIS RECENSENDA,  
REGULIS BENEFICIALIBUS NON SUBJECTA, JUXTA FIRMATA  
IN MELPHICEN, LEGATI P.J. CORAM DUNOZZETO INTER SUAS  
DECIS. 101. REPETIT. DECIS. 238 PAR. 5. REC. & POST RESOLUT.  
36. DE MARIN, LIB. 1., SATIS FREQUENTER IN ALIIS CANO-  
NIZATA.

DE ANNO IGITUR 1630. PETRUS PAULUS DE SIXTIS  
PER ACTUM INTER VIVOS EX EJUS BONIS VEL IN TOTUM  
VEL PRO MAJORI PARTE PROVENIENTIBUS AB EJUS PATRE,  
DE CONFESSU ANDREÆ, IOANNIS, THOMÆ, & ANTO-  
NIÆ FRATRUM IN EISDEM BONIS INTERESSATORUM OB  
RECIPROCAM SUBSTITUTIONEM A COMMUNI PATENTE  
ORDINATAM, EREXIT SEU ORDINAVIT COMMENDAM MILI-  
TICÆ B. MARIAE MAGDALENÆ, JUXTA ORDINEM PRIMO-  
GENITURÆ IN PERPETUUM DEFERENDAM IN IPSORUM  
FRATRUM LINEAS MASCULINAS; PRIMÒ SCILICET IN IL-  
LAM IPSIUS PETRI PAULI PRIMOGENITI, EAQUE DE-  
FESTA INILLAM ANDREÆ SECUNDOPENITI, & SIC SUCCESSIONE;  
CUM AUTEM SEQUITA ESSET MORS IPSIUS PETRI  
PAULI PRIMI COMMENDATARII, SUPERSTITE ANTONIO

PETRO FILIO IN ETATE SEPTEM ANNORUM; HINC  
ANDREAS FRATER SECUNDOPENITUS, OB INCAPACITA-  
TEM DICITI ANTONII PETRI RATIONE ETATIS OBTINENDA  
HOC MILITIAE HABITUM & COMMENDAS, CUM  
EX EJUSDEM MILITIAE STABILIMENTIS A SEDĒ APO-  
STOLICA CONFIRMATIS STATUTUM ESSET AD HABITUM ADMIT-  
TENDOS NON ESSE, NISI SALEM POST COMPLETAM ETAT-  
EM 12. ANNORUM, AD PROFESSIONEM VERÒ NON NI-  
POTIUS POST ILLAM ANNORUM 16., OBTINUIT A SEDĒ APO-  
STOLICA HUJUSMODI COMMENDA PROVISIONEM; E  
CONVERSO AUTEM ANTONIUS PETRUS INFRÀ ALIQRUM  
MENSUM SPATIUM OBTINUIT ETIAM AB EADEM  
SEDĒ DISPENSATIONEM, QUATENUS OPUS ESSE SUPER  
HUJUSMODI ETATIS DEFECTU SEU CAPACITATE, & SUC-  
CESSIVE EJUS TUTOR ITEM INSTITUIT CONTRA DICUTAM AN-  
DREAM, ET COMMISSA CAUSA IN ROTA CORAM ALBERGATO,  
SUB DIE 21. FEBRARIJ 1661. AD FAVOREM DICITI  
ANTONII PETRI SUPER COMMENDA PRÆDISTRA PERTI-  
NENTIA & ADIUDICATIONE PRODIIT RESOLUTIO, AD CUIUS  
NORMAM EXPEDITA SENTENTIA, & COMMISSA IN ALIA  
INSTANTIA CAUSA IN Eadem Rota coram EMERIX, SUB DIE  
5. FEBRARIJ 1662. CONFIRMATA FUIT SENTENTIA, UNDE  
PROPTERA ANDREAS ACQUIEVIT, QUARUM DECISIONUM  
PRIMA CORAM ALBERGATO LONGE POST HAC SCRIBTA  
HABETUR REGISTRATA INTER CONSULTATIONES MANZI CONSULT. 79.

In his autem disputationibus, ego scribens pro  
Andrea patruo reo convento tanquam Advocatus,  
cum præsupposito, quod ageretur de Commenda  
militia ecclesiastica per Sedem Apostolicam pro-  
batæ, plures deducebant veras conclusiones,  
ex quibus, ubi dictum præsuppositum subsiste-  
ret, de consequenti resultabat justitia dicti Andreæ  
prosessoris, non obstante prærogativa linea  
concurrente in actore ob illius incapacitatem.

PRIMÒ Siquidem statuebam conclusionem, quod  
in beneficio ecclesiastico, quamvis jurispatrona-  
tus laicorum, & qua ex lego fundationis certo  
generi personarum, & cum certo ordine debeantur,  
utpote administrationem annexam habentibus,  
ac etiam nè Ecclesia seu cappella diuturnam  
vocationem pati cogatur, non datur suspensio, sed  
necessaria est capacitas, seu habilitas de tempore  
facti casus. Vel ad summum de tempore quo juxta  
terminos in jure statutos, præsentatio facienda est,  
ac alijs sit locus remotiori, vel etiam facultati præ-  
sentandi vel providendi quemcumque extraneum  
fi in genere vocato alter proximior non adesset, ut  
antiquioribus relatis firmatur per Rotam apud Bu-  
ratt. decif. 680, apud Cavaler. decif. 231. decif. 495.  
par. 1. recent. decif. 206. pag. 3. Rheggiens. beneficii  
24. Maij 1653. coram Bichio, Firmana Iurispatronatus  
18. Maij 1654. Albergato & frequenter, cum in ma-  
teria beneficiali sit certa & recepta propositio, quo-  
ties lex fundationis ab initio de Superioris confen-  
siu adjecta contrarium non disponeret; Et in his  
termiosis specialibus commendarum militarium  
habentur in d. Pisana Commenda sub tit. de Iurepatro-  
natus; atque ad idem conferre dicebam ea qua de  
primogenitura qualificata non admittente suspen-  
sionem, neque expectante futuram capacitatem  
habentur in Bonon. primogenitura de Luparis disc. præ-  
cedenti, quamvis de tempore hujusmodi dispu-  
tationum dicta causa adhuc introducta nec dispu-  
ta esset.

AC ETIAMI DEDUCEBAM EA, QUAZ HABE-  
MUS IN MATERIA FEUDALI, QUOD LICET IN IL-  
LA SEXUS VINCAT ETATEM, AC ETIAM GRADUM,

atta-

e LUCA  
de  
tamentis  
Etat  
CVI

attamen si de tempore aperte successionis non reperiatur maiusculus, non expectatur ejus futura & spērata existentia, sed admittitur femina, vel respectivē admittitur remotor, non expectata supervenientia sperati proximioris ex deductis per Schrader, de feudi par. 7. cap. 4. num. 82. Rosenthal, in eod. tract. cap. 7. conclus. 41. num. 26. cum seqq.

Et etiam proximē de legato vel alia dispositione facta ad favorem clericorum pro tempore existentium in genere vocato, ut debeatur illi qui de tempore vocationis reperitur clericus, non curata majori vel minori praerogativa linea, si tunc in linea predilecta non adest clericus vel capax, habetur in Liceiem honorum coram Orthobon inter suas decis. 270. & in eadem coram Celsō inter suas decis. 159. & decis. 183. ; Et de casu converto primogenitura, ad quam vocati sunt solum laici, cum inhabilitatione clericorum, ut attendatur qualitas laicalis de tempore facti casus habetur in Pisauen, primogenitura 16. Ianuarii 1651. coram Cerro, (qua tamen decisio ita simpliciter sumpta parum tutta videtur, cum intelligenda veniat juxta ea quæ in terminis successionis illorum feudorum, quorum clerici sunt incapaces, habentur in Venafra, successionis feudorum sub tit. de feudi disc. 17. cum similibus.)

Quod autem pro hujusmodi commendis obtinendis requiratur habilitas ætatis, & consequenter dictus Antonius Petrus esset inhabilis, clare probari dicebat ex duplice fundamento; Primo quia receptum habemus, commendas eodem jure beneficiorum regulari Garz, de benef. par. 1. c. 4. num. 6. & 7. Lotter, de benef. lib. 1. quæst. 17. num. 11. & in specie ætatis Gonzal. ad regul. 8. gloss. 5. §. 8. num. 9. ; In beneficiis autem post Concil. Trident., cessante contraria legi foundationis, requiruntur ætas 14. annorum, quam receptum est necessariam esse etiam in beneficiis jurispatronatus, ut apud Vivian, de Iurepatr. lib. 6. 6. na. 7. Ventrigl. in praxi beneficiorum tit. de ætate beneficiati num. 6. & omnes.

Et secundò clarius, quia commenda militares seu alias regulares, obtineri non possunt nisi per professos, vel saltem habiles ad profistendum suscep-  
to habitu, Gonzales glof. 8. num. 78. Garz. par. 7. cap. 10. nn. 20. Buratt. dec. 390. & 463. ; Ex stabilimenti autem hujus militie ut supra nemo admitti potest ad habitum nisi in ætate annorum 12. , & ad professionem in illa annorum 16. , & sic incapacitas, retentis terminis beneficiorum seu commendarum eorum iure regulandarum, videbatur certa, ita etiam agnita ex parte eiusdem actoris, qui super defectu ætatis obtemperat dispensationem, per quam agnoscit dicitur impedimentum juxta decis. Gregor, 331. num. 1.

Et quamvis scribentes pro actore totum fundamentum constituerent in deductis per Ansaldum conf. 12. num. 18. cum seqq., ac alios, de quibus in d. Pisana Commenda, quod scilicet in hujusmodi commendis, cum regulis prophani potius meriendis, dari potest suspensio ac spectatur habilitas personæ prius vocatæ, cum quo motivo procedere videtur Rota, præfertim in prima decisione coram Albergato. Attamen, cum sensueriam veritatis, dicebam istud motuum esse omnino fragile nullum habens juris vel rationis fundamentum, cum ea quæ apud Ansaldum ac alios ut supra habentur, procedant ex iure municipali ac stabilimenti particularibus illius Militiae S. Stephani, quibus stabilimenti circumscriptis, absolutum est contrarium dicendum esse, ut particulariter & ex professo habetur in dicta

Pisana, ubi de hujusmodi statutorum valitudine interpretatione,

Adhuc tamen præmissis non obstantibus, mihi quamvis scribenti pro succubente, placuisse atque probabiles visæ sunt resolutions, quam non omnino placerent earum rationes & fundimenta; Quamvis enim conclusiones predictæ quæ ego scribens tanquam Advocatus deducam, sent vera in casibus suis, attamen fallacia etiæ applicatione, licet scribentes pro actore non nullum ad id adverterent.

Vt enim supra initio insinuatum est, verba beneficia ecclesiastica jure beneficiorum regulamentorum dicuntur, quando cum auctoritate superioris, formalem erectionem processualem est, ita ut in effectu dicantur ecclesiastica & de domino ipsius Religionum seu Militiarum, compendiis solum commendatariis pro tempore quædam ministratio, cum facultate applicandi fieri, quod detractis necessariis pro Ecclesiæ cultu & representatione de fructibus seu redditibus supererat beneficia, & commendæ de jure administrative potius cum dicta propria communitate, quam dominum seu jus successorum importare dicantur, autem in praesenti dici non poterat. Tum quidem probabiliter dubitari poterat, an hujusmodi professores essent persona ecclesiastica, vel presbiteriæ seculari iuri censendi essent, dum non prædit annus probationis, neque emititur forma professio, ex iis qua in fortioribus terminis Militiae S. Stephani habentur in Lucanorum nis sub tit. de Iurisdictione, disc. 92. Tum etiam quod dictum est, agebatum de simplici primogenito sub hoc honorifico commendæ titulo ordinatio in longè diversis terminis, quam in d. Commende, Unde propterea mihi videbatur in eadem quæ generaliter in primogeniture ac militibus habentur supra disc. preced. ut scilicet quid Hispani in illis Majoratibus ex eorum legi particularibus, vel peculiari natura distare possint in suspensi, donec supervenientia citas, vel, & probabilius adesse in capacitas ab initio, dum ut supra non agebatur commenda ipsius Religionis per eum super collata, ita ut intrarent regulæ beneficiale certatibus requirentur.

Præterea etiam si ageretur de vera & formanda jure beneficiorum regulanda, adhuc tamen inspecta dispositione juris communis ceret ætas septem annorum; Quamvis enim in Sac. Concil. Trident. sess. 22. de reform. cap. 6. indicetur necessitas ætatis annorum 14. , atque recipitur dictam Conciliarem dispositionem, præsumam etiam in beneficiis de jure patronatus ut figura, tamen limitatur ubi ex lege foundationis alias fuit, est posse conferri in ætate minori, ex dicta per Barbos. de Episc. alleg. 60. num. 77. Lotter. lib. 32. num. 35. cum seqq. Duran. decis. 228. num. 7. decis. 194. num. 1. par. 2. rec. & decis. 403. num. 1. par. 4. tom. 2. cum alijs per adden. ad Buratt. dec. nn. 15. & in hujus causa decisionibus que hoc continentur etiam amplectuntur; Et ideo cum ita Commenda fundata sit de bonis Petri Pauli principiis, pro ejus linea, & descendencia; in ejus ventre non modum defectum pro illa fratrum, Hinc proinde omnino verisimilis voluntas adesse videtur, quod noluerit hujusmodi restrictiones adiungendo etiam dictum motuum pro iure judicio extraneum à casu Religionis S. Se

## SUMMARIUM.

phani juxta Conf. Anfaldi, pro administriculo, quod scilicet ita ad instar, & per quamdam imitationem processum sit, pro regulanda voluntate.

Clariss vero connectendo insimul aliud proxime precedens fundamentum, quod non ageretur de formalis Commenda ercta auctoritate superioris, sed auctoritate privata, ut non intrent regulares beneficiaries, adeo ut etiam laici, immulieres ac infantes sint hujusmodi dispositionem capaces Gon. al. ad reg. 8. glos. 5. per tot. presertim num. 27. ubi de astate Rota decis. 48. in fine par. I. divers. Barratt. decis. 1. & 224. & in dicta Melphicton. legati p̄ coram Dunozetto ac sepius, & sic cessabat incapacitas, & successivè occasio seu fundatum quæsitionis.

Demum satis considerabile pro meo iudicio videbatur, quod ut observantia comprobauit, ubi etiam de stricto iure dictus astatis defectus causaret incapacitatem, Sedes Apostolica nullam habet difficultatem concedendi dispensationem de facili cuiuscumque potenti in ista, magis secularium, quam ecclesiasticarum commendarum specie concedi solita, ideoque cum ageretur de infante orphano cuius Andreas patruus saltem habitu erat vel esse debebat legitimus tutor, cui incumbebat in bona fide cum nepote pupillum versari, ac debitis adhibere diligencias pro obtinenda dicta dispensatione, qua mediante obtinere posset eam successionem bonorum paternorum, quam sibi natura deferebat, in manifesto dolo dictus patruus versatus videtur, ita nepotem pupillum supplantando, & sic plura concurrebant actoris bonum jus comprobantia, ut Ego ab initio ingenuè juxta stylum reo convento meum patrocinium exposcenti insinuauit, cum casus ac fortune partus sit requiri magis à fovente bonam causam vel è contra.

## FERRARIEN.

FIDEICOMMISSI  
DE FRANCHIS.

PRO

ANTONIO BOTTO DE FRANCHIS

CVM

## GRATIO CONTRARIO.

Casus decisus per Rotam pro Antonio.

De eadem materia suspensionis, An scilicet desiderata certa qualitate in vocatis ad fideicommissum, putò Doctoratus &c., si de tempore aperte successionis, proximiior cui illa deferatur, tunc non sit illius qualitatis capax, An fiat locus vteriori substituto capaci, vel potius expectanda sit capacitas proximiioris, ac interim successio stare debeat in suspenso.

- 1 **F**acti series.
- 2 **R**esolutiones cause.
- 3 **D**e responsis editis per auctorem, & alios in causa.
- 4 **Q**ualis esset causa punctus.
- 5 **Q**uod in fideicommissis detur suspensio donec durat spes durationis linea admissa.
- 6 **Q**uid in fideicommissis qualificatio.
- 7 **I**nspunctiones cause.
- 8 **D**e auctoritatibus requirentibus capacitatem de tempore delatae successionis, & negantibus suspensionem.
- 9 **D**e auctoritatibus in contrarium donec durat potentia.
- 10 **D**istinguntur casus super dictarum auctoritatem intelligentia, & conciliatione, & primus est in iuribus personalibus, & vitaliis.
- 11 **A**lter, ubi nulla linea adhuc ingressa est.
- 12 **D**e casu controversie, ubi bona ingressa sunt una linea.
- 13 **O**unes questiones cadunt in casu dubio, cessant autem ob contrarium, etiam conjecturalem voluntatem.
- 14 **D**e conjecturis impeditibus suspensionem.
- 15 **F**iliij Advocatorum sunt preferendi alii in loco parentum.
- 16 **D**e conjecturis suadentibus suspensionem.
- 17 **E**xistente persona de genere impedit conditionis purificationem, licet non succedat.

## DISC. IX.

**H**ippolitus de Franchis Advocatus Ferrarensis ultimus de ejus familia, heredem instituit Ioannem Baptisnam Bottonum munus procuratoris seu causarum Patroni in eadem Civitate exercentem, ejus nimum benevolum, & cuius unicum filium Antonium de recenti in sacro fonte leuaverat, injuncto tamen eidem Ioanni Baptista onere seu conditione assūmendi ipsius testatoris cognomen & insignia, necnon continuandi in eodem munere seu exercitio, eidemque substituit ejus Filios ac descendentes masculos in perpetuum, Doctores tamen, ac munus Advocativi procuratoris exercentes; Deficientibus autem dictis filiis & descendantibus, qui essent Doctores vel Procuratores, aut Advocati substituit Doctorem magis pauperem Collegii dictæ Civitatis ab eodem Collegio eligendum, & à Vicario Generali Episcopi approbadum, injunctis eidem oneribus, factaque eadem substitutione in ejusdem filiis & descendantibus, quibus pariter non extantibus dictam qualitatem habentibus, ad aliam similem electionem procederetur, & sic successivè &c.; Agnita vero per dictum Ioannem Baptisnam hereditate, suscepisse cognomine ac insignibus juxta præceptum testatoris, cum ad breve tempus sequuta esset etiam ejus mors superfite dicto Antonio filio in tenera aetate septem vel octo annorum, & sic absque dubio incapaci doctoratus aliorumque munierum à testatore designatorum; Hinc Collegium predictum putans factum esse casum substitutionis ad favo-

rem

le LUCA  
de  
la mentis  
ut cat.  
CVI  
9